

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

CXXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

Salutem in Servatore Domino.

Quod honestiss. Licentiarorum Theologiæ gradū ornati eftis, merito certe veſtro factum judico, eoque nomine non tam vobis gratulor, conſecutis doctri-
nae, pietatis, modeſtiae verum testimonium, quam parentibus vestris, nobisq; omni-
bus gratulor. Nam ad me quoque fructum lætitiae hujus aliquem, immo magnum
pertinere arbitror, devincentum vobis vestre que familiæ modis & beneficiis iis, quibus
& vosſicitis, & ego non ignoror. DOMINUM DEUM noſtrum oro, ut commo-
dum utilemque non vobis modo, ſed & Eccleſia Scholæque noſtræ gradum hunc ef-
fe velit. Que quidem ambæ ita nunc, quemadmodum & uſque huc laborant, ut ve-
ſtram præſentiam atque auxilium tantum non emiſſa voce poſtulent. Quid enim
animi cenſetis viris bonis eſſe, cum vobis procul abſentibus, hic & ille ita omnia ad-
ministrant, ut omnia perditum eos ire nemo non animadvertat, niſi qui nihil animad-
vertit. Ecce enim vobis poſt Leporinam diſputationem, alia portenta verè *θεοτοιχια*,
ut iſi volunt, & planè id, quod tu de iſorum fœtu, mi Philippe, diſputasti, nomina-
tum Magiſtrum. Abfui tum prope ſequimēſem, ut poſtea narrabo, in patria, ſed
ille *ψευδανηρος* Magiſter ſtultus, qui ante diſputationem viſus multis, præclarè ex-
agitatus dicitur, cum ab aliis, tum à D. Planero & meo fratre Daniele, qui & mixtio-
num neceſſitatem, & ſophiſticam illam Aristotelo-Platonice Logicam & Physicam
exploferant: Gyphanus autem noſter ita cum Beuthero locutus eſt & ita eum traecta-
vit, ut iſe palam manus daret, & ſuarum *θεοτοιχια* publicè fateretur. Et
tamen hic ipſe *κροκός βυλούτης* Hayvenreuteri præſes fuerat, ſi præſes eſt aut antecel-
ſor, qui in cathedra dormit, dum alii litigant. Proximo Conventu Academicō, ab-
ſente Hero atque me, repugnantibus M. Floro, D. Gyphanio, & aliquam partem
Planero, conuolum, decretum, definitum fuit: quia nuper Jureconsulti & Theolo-
gi absurdā quædam *παράδοξα* contra bonos mores, veramque credendi rationem, pu-
blicè defendenda uſcepſiſtent, non eſſe deinceps committendum, ut ultra proponan-
tur ad Diſputationē materiæ, quas non prius Rector, Decanus, Visitatores, viderint,
judicarint, approbarint. Quid igitur deinceps D. Giphanio & me mifero futurum
arbitramini? Nam ille quidem Concubinatum defendiſſe accuſatur; in mea Diſpu-
tatione, quam nunc accipitis, ferendum non putant, quod ad auditum verbi
etiam *σοφὺς γεράμενος τοῦ ζωτικὸς αἵτιος τέττας* aſtringo. Jureconsulti tertio Collega
aucti ſunt, Philippo Cufloſſio, Tholofate, qui in patria multis annis & jus docuit, &
Parlamenti præſes, tum Regis fuit Consiliarius; homine, fatendum eſt enim, neq;
indocto, niſi quod P. Ramum in docendo ferme ſequitur, neque nullius experien-
tiae atque uſus. Is docet trecentis thaleris annuis, cum quidem Calvinifum non
diſſimulet, ſed potius, ut ego arbitror, eo nomine multum ſit acceptior. Heri cauſa
non pefſimo videtur loco, tum quia ita multa quotidie abſurda ſunt, ut vel cæcis ap-

M m m 2

pare-

pareat, cuius partis studium vehementius sit approbandum, cum quia responsum
 jamdudum adornatum illud quidem, sed ante dies sex primum Magistratu exhibi-
 tum, benignè est acceptum. Itaque puto, eum deinceps ad Conventus Academi-
 cos redditum. De Ecclesia nihil habeo, quod scribam, novi quidem. Illyricus
 his diebus, & credo hodie, solum vertet. Magistratus præ se fertur sibi exultatione
 nostra esse satisfactum. In patria miras habui cum Neccaro de Peccato Originis,
 cum Rupio de Philosophia, & gradibus testimoniorum concertationes, de quibus
 aliquando coram. Verum quid in patria egerim, scire cupitis? & tu, Philippe, uxo-
 rem me vel duxisse vel ducturum brevi arbitraris. Non ita est: neque ejus rei te
 spectatorem optavi, sed autorem & adjutorem laborum nostrorum, spectatorem
 autem inertiae & vanitatis illorum. Fuit mihi cum tutoribus meis molestum sane
 negotium, fratri Jacobi causa, qui hic bonis literis eruditur. Id non nisi coram tran-
 figi potuit. Hac igitur de occasione profectus Memmingam quoq; transfi, ut avum
 maternum viserem. Isnae reperi vestros & vestras incolumes, qui vobis felicem
 in patriam redditum optabant. Idem erat Tübingerum votum, per quos Memmin-
 ga mihi fuit iter. Adamum Neuserum, qui cum Sylvano Heidelbergæ, Arianæ ha-
 resi subscripterat, certum est Constantinopoli circumcisum & Mamelucum factum.
 Hi sunt fructus Zwingiana doctrinæ. Gallus à Rupellis exercitum eluientem &
 languentem non ita pridem abduxisse ferebatur. Harlemii Belgæ strenue rem ge-
 runt. Generosus Comes Oettingensis & D. Gallus vos iusslerant per me salutari, cum
 apud Varnbulerum pranderem, &c. Scio vos non ornaras, sed copiosas literas à me
 expectare. Ideo quæ in buccam veniunt, fermè congero. Cum hæc scriberem,
 pro certo mihi nunciabatur, Theurerum, tabulam scripto aliquo, quale ab hoc ho-
 minum genere proficiisci potest, dilputationem meam oppugnasse, atque id nunc in-
 ter cives spargi. Salutant vos & gratulantur vobis plarique Pastores & fratres.
 Meus etiam frater sua officia vobis cupit esse commendata. Hæret hic, dum cum
 discipulis abeat in Italiam. Valete in DOMINO, Argentorato, die Medardi, 1573.

Vesper ex animo totus

Joh. Pappus.

CXXXIV.

S. D. Reverende & Clarissime Domine Superintendens,
patrone colende.

Quod faustum & felix ac salutare tuis Filii, & toti Ecclesiæ & Academiæ ve-
 stræ faciat Filius DEI, Doctor & Redemptor noster, JESUS CHRISTUS:
rede-